Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentum super Cantica canticorum

Gregor <I., Papst>

[Basel], 13. März 1496

Expositio beati Gregorii pape super Cantica canticorum feliciter explicit.
Impressa Basilee [...]

urn:nbn:de:bsz:31-313445

Visual Library

retributionē ꝙ acq̄rimus. Dū in hoc mū
do perfecte ꝓ xp̄o oīa terrena cōtempni-
mus. Mille ergo ⁊ ducēti eccleſie argen
tei exiſtūt: qr duȝ fideles quiqȝ oīa que
poſſidēt: ex toto relinquūt: ⁊ pacē ſibi coȝ
ſctis faciūt: ⁊ p̄ſentis vite remunerationē
cū celeſti percipiūt. Et hoc eſt qđ dominꝰ
in euangelio ait: Amen amen dico vobis
nemo eſt qui reliquerit domū: aut fratres
aut ſorores: aut patrē: aut matrē: aut fili-
os: aut agros ꝓpter me ⁊ ꝓpter euange-
liū qui non accipiet centies tantū: nūc in
tempore hoc domos: ⁊ fratres: ⁊ ſorores:
⁊ matres: ⁊ filios: ⁊ agros cū perſecutiōi
bus: ⁊ in ſeculo futuro vitā eternā. Sed
quibus iſta remuneratio ſic duplicat: niſi
his qui cuſtodiūt fructus eius. Qui ſunt
autē qui fructus vinee cuſtodiūt: niſi illi
qui in ſancto opere qđ inceperūt perſeue
rātes exiſtūt: Opus em̄ qđ ſancto deſide
rio incipit: ſi cōſtantia mētis vſqȝ ad finē
non tenet ſine fructu habet: quia immatu
re ab hoc vnde ꝓceſſerat vacuat. Ideoqȝ
dominus in euāgelio ait: Qui perſeuera
uerit vſqȝ in finē: hic ſaluus erit. Sequit
ſponſus ⁊ dicit:

**Z Que habitas in hortis ami
ci auſcultant: fac me audire vo-
cem tuam.]**

Sponſa in hortis habitat: quia ſancta ec
cleſia: vel quelibet ſancta aīa in fructifi-
catiōe virtutū mentē verſat. Cuiꝰ vocem
ſponſus audire deſiderat: quia in hoc ſū-
mopere xp̄o placet: vt per ſectus quilibet
vir infirmos: quoſqȝ verbo ſancte p̄dica-
tiōis ammoueat. Amici em̄ auſcultant:
quia fideles in eccleſia vt amicus ſpōſi lo
quit: pio deſiderio expectāt. Et notandū
ꝙ amicus eſt qui auſcultat: quia qui deū
mēte integra diligit: pred cantē quē dili-
git libēter audit. Unde in euāgelio dicit:
Qui eſt ex deo: verba dei audit. Sed qr
dū eccleſia veritatē predicat: multi nō in
telligūt: multi quod percipiunt: prauo in
tellectu ſubuertūt. Ideo ammonent vt p̄-
dicet. Reſpondit ſponſa ⁊ dicit:

**aa Fuge dilecte mi: ⁊ aſſimula
re capree hinnuloqȝ ceruoꝝ ſu-
per montes aromatū.]**

Dilectus fugit: quia a reprobis cordibꝰ
ſe ne intelligat abſcondit. Dum em̄ repro
be mentes ad audiēda vel legenda verba
dei peruerſa intentiōe accedūt: digno iu-
dicio veritatē inueniūt: quā digno appeti
tu nō requirunt. Unde ⁊ ip̄a dei ſapiētia
dicit: Querēt me mali: ⁊ non inuenient.
Sed fugiēs reprobos: dilectos montes
aromatū petit: quia peruerſos dimittens
ſanctas aīas viſitare nō deſinit: que ⁊ per
cōtemplationē excelſe fiūt: ⁊ per cōfectio
nes virtutū odorifera vngenta ſecū ferūt.
Super hos mōtes dilectus capree ⁊ hin
nulo ceruoꝝ aſſimulat: quia in cordibus
ſanctoꝝ viroꝝ manifeſtat: ꝙ pia charita-
te humanitatē pro nobis aſſumpſit. Qui
dū ex patribus antiquis natus fuit: quaſi
exterius hinnulꝰ ſicut dictū eſt: ſuperius
venit. Qui dū eſſet diues: pauperē ſe vt
nos ditaremur fecit: ⁊ duȝ eſſet ſuper oīa
excelſus: humilitatē noſtrā ineffabili di-
gnatiōe ſuſcepit. Cui immenſas gratias
quoaduſqȝ viuimꝰ reddamus: cui pro no
bis tradito in mortē: ⁊ reſurgenti in īmor
talitatē noſip̄os: ⁊ ſpiritū ⁊ corpus debe-
mus. Qui viuit ⁊ regnat cū deo patre in
vnitate ſpiritusſancti: per infinita ſecula
ſeculorum Amen.

Expoſitio beati Gregorij pa
pe ſuper Cantica canticoꝝ feli-
citer explicit. Impreſſa Baſilee
Anno dn̄i. Milleſimoquadrin-
gēteſimononogeſimoſexto. Die
vero deciotertio Mēſis martij.
Laus deo.